





14

11  
1752,7

PROGRAMMA,  
SUO ET COLLEGII JURIDICI NOMINE,  
AD  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM,  
VIRI PRÆNOBILIS ATQUE DOCTISSIMI,  
DOMINI  
**DAVIDIS CHRISTIANI  
RICHTER,**  
GÜSTROVIENSIS,  
JURIS UTRIUSQUE CANDIDATI DIGNISSIMI,  
EXHIBENTEM,  
NONNULLA PRIMA,  
JURIS UNIVERSALIS ET GERMANICI;

DE  
**CONCURSU CREDITORUM,**  
PRO OBTINENDIS SUMMIS,  
IN UTROQUE JURE HONORIBUS ATQUE PRIVILEGIIS,  
D. 23. MARTII ANNI MDCCLII.  
IN AUDITORIO MAIORI,  
B. C. D. HABENDAM,  
O. O. O. PROCERES, CIVES ACADEMICOS,  
ET LITTERARUM FAUTORES,  
OBSERVANTER ATQUE HUMANITER INVITAT,  
DEQUE

DECISO MAGDEBURGENSIUM VETERUM SCABINORVM,

wer

die Wizigsten sind und heissen,



PAUCIS DISSESTIT  
**ERN. JO. FRID. Manze**

SEREN. DUC. REGN. CONSIL.

ET

PROF. FACULT. JURID. H. DECANUS.

ROSTOCHII, LITTERIS ADLERIANIS.







I. N. S.

**I**nter varias, a veteribus Scabinis Magdeburgensisibus,  
resolutas quæstiones, Speculo Saxonico adnexas,  
est & hæc, Parte I. Cap. I. dist. XII.

Wer die Wichtigsten sind und heissen?

Responsum ita conceptum;

Hierauf sprechen wir für ein Recht:

Die meist wissen und gebrauchen Rechts, nach Rech-  
lichkeit, so sie best mögen, oder können, Gott zu  
a 2 Eyren

Chren', und Ihn selbst zu Fromen, nachdem  
als Gott geboten hat und die heilige Christenheit  
gesetzt hat. Solche Leute mögen wol die wizigsten  
heissen und sein es.

Von Rechts wegen.

Si quis nostro seculo hanc quæstionem Collegio Ju-  
ridico proponeret, dimitteretur omnino ad alios, nisi  
vox: wizigsten, ex alio contextu, daß eben die Wizigsten  
sollten in Gerichten gebrauchet werden, quæstionem fa-  
ceret in effectu magis extensam. Quid sit ingenium  
et quomodo a judicio aliquis animæ humanæ facultati-  
bus debeat discerni, ex legibus nequit demonstrari. *Vid.*  
*tamen l. 34. ff. §. 9. de ædil. edid. l. 109. ff. de condit. et*  
*dem. l. 2. C. de commerc. et merc.* Magdeburgenses Domini  
ni tunc fuere habiti, pro viris, ad omnia resolvenda pa-  
ratis. Videatur exordium totius collectionis: Hie in,  
diesem Buch heben an etliche Fragen, der werden Her-  
ren Schöppen von Magdeburg, als die von ihm für ein  
Recht beschrieben haben gegeben, nachdemmal, als sie et-  
liche Stücke besonders sind gefraget, die sie von ihrer  
weisen Kunst so gar meisterlich haben entschieden, brießlich  
unter ihrem Insiegel, daß ein jeglicher Mann freylich nach  
Magdeburgischen Rechte darauf mag bauen und seine  
Grundfeste legen.

Quid autem videtur, de hac responsione magiste-  
riali? Cordata quidem est, qua scopum quæstionis;  
Agebatur enim de adhibendis viris, in judiciis et con-  
fessibus publicis, de salute omnium et causis controver-  
siis partium consultantibus. Requirebantur Viri: Chri-  
stiani

stiani, non Arthei, vel Judæi aliquae Hæretici, in sensu  
juridico, quare religionem: sinceri, non nebulones et pro-  
ximi vitae, famæ et bonis insidiantes: Secundum Sa-  
cram Scripturam viventes, hinc non tantum ejus inter-  
pretes: Juris præterea humani cultores, gloriam Dei,  
salutem societatis et singulorum, hinc et propriam, pro-  
fine habentes. Verba concepta minus placebunt mo-  
dernis artificibus. Vereres Magdeburgenses, respon-  
dentes, **Wit** et **Verstand** pro junctis acceperunt, bene  
interea gnari, quod distinctione sit opus, quo et pueri  
a viris discernerentur. Antiqua, et quasi ex naturæ lin-  
gva interjectio, **wit!** velocitatis actus denotans, est  
inter probationes. Erat, in Magdeburgensem mente,  
quod, sicuti non dantur firmæ rationes decidendi,  
absque circumspectione, de rationibus dubitandi, abs-  
que ingenio non detur judicium. Hinc fecerunt con-  
clusionem, ab ingenioso, modo accederet pietas, aliqua  
notitia juris divini et humani atque virtutis studium,  
ad judiciorum valere consequentiam. Ingenium, quod  
& vi vocis significat facultatem, cum homine natam,  
congerit decidenti dubia, absque quorum semotione  
etiam cordatussimus alias vir facit ea, quorum ipsum  
soepe poenitet. Hinc disputatoria exercitia tam gna-  
viter commendamus in Academiis; Discitur enim &  
dubitare et dubia removere. Thesin accipere, absque  
antithesi, est plebis tantum, cui sufficit die **Einfalt**, quaे  
tamen non est synonymum der **Dummheit**, sed der **Zwey-**  
**und Mehrfältigkeit**, qualis omnino est in doctrinis,  
quaे quæstiones, pro et contra, ut loquimur, venti-  
lant. Tela prævisa non, vel minus nocent. Sapientis  
non est dicere: non putaram. Ponderanda etiam sunt  
obstantia. Man muß eine Sache nicht alleine von der

**besten Seite ansehen.** Qui obtusioris hebetiorisve sunt ingenii, homines passivi appellari merentur & quando de uno vel altero effertur, er werde kein Rächer werden, non intenditur laus, qua animi dotes, vel earundem versionem, utut abstinere ab hæresibus, in oppositione ad orthodoxiam, sit absolutæ obligationis. Superstition est documentum ingenii, qua decipientes per eandem & argumentum simplicitatis, qua illos, qui eidem se mancipant. Dicimus, man könne ihm alles auf den Ermel binden, id quod ex antiquo more, emblemata in manicis ferendi, videtur esse derivatum. Man könne ihm überreden, das in der Elbe kein Wasser sei, id quod, qua æstum marinum, aliquadantenus verum est. In terris, ubi creditur ad iussum, ecclesiæ membris admittit omne ingenium omnesque dominuntur dubitandi rationes, adeo ut carbonaria fide regantur, ingenium et iam, formidine fulgoris, dissimulantes. Quales dissimulations, inter hodiernos Papicolas, emunctioris nasi, adhuc sunt palpabiles. Non diffiteor, nimia ingeniorum acumina parare vias ad inimicas veritatibus divinis opiniones; Nam qui laureolam querunt in eo, ut nominentur, Esprits forts, ingeniis se plane committunt. Trahat, ad poenitentiam et restim usqne, quemvis sua voluptas; Novi enim, quod diris soepe angantur morsibus, quoniam ultra problemata non ascendent, unde a tranquillitate et acquiescentia plane sunt alieni.

Sed cessent haec, quæ sunt extra meam sphærā. Meus Ictus et Judex sit, juxta responsum Magdeburgense, von denen Wigigsten. Sagacitatem requirimus, in qua consideranda, qua criminalia, mecum, anno 1739.

1739. versabatur, inauguraliter disputans, Consult. Dn.  
Doctor WOLFRADT, Jud. Aul. Proc. Ord. celeb.  
Leguntur in ea diff. a capite varia, ad vocem, quæ inter  
sunt verba Ciceronis ex L. II. c. 74. de fin. mens acris  
et vigens celerrimeque multa cogitans, et ut ita dicam, sa-  
gax. Perspicacitas, die Scharffinnigkeit, Gescheidheit,  
ein offener, heller Kopf, sunt in ore prudentum. Galli  
dicunt: Le bon esprit pour sentir ce q'il se faut, it. l'ex-  
cellence de sentiment. Prudentiae igitur nomen non  
sufficit iis, qui pingunt den Wizigsten. Vitiosa et insi-  
dias si tractat ingenium, exercet dolum malum; unde  
in textu sacro: Arglistigkeit ist keine Klugheit, scil. in aesti-  
matione morali; nam alio loco impii piis prudentiores  
appellantur. Præbet dicta dissertatio descriptionem:  
*Habitus attendendi ea, quæ vulgaris cura prætervideret;*  
*Die Geschicklichkeit, ganz fein zu dencken, auch auf das,*  
*worauf ein anderer nicht würde verfallen seyn.* Officium  
judicis, quod, barbaro termino, mercenarium appellant,  
tanto non indiget ingenio. Nobile, in criminalibus  
præsertim, sit acutum, multa enim sunt, quæ nec dici  
queunt, nec scribi. Universa materia, de indiciis, est  
artificis, qui logicam didicit probabilium, in qua appli-  
canda tamen plus valet natura sine arte, quam ars sine  
natura. Ein Quintlein Mutter-Wiz ist besser, als ein  
Pfund Schul-Wiz. Jungantor! Conjcere et præsum-  
tiones, maxime in collisione, aestimare, non est cujusvis  
cerebelli, unde et ea species probationis appellatur artifi-  
cialis. Audiuntur hodie multa de ratione excitata, quæ  
demonstrat mathematice, ea, in quæ non incidisset, nisi  
Sed nolo implicari. Experientia etiam facit artifices  
et interdum per vitia ad regulas fit regressus. Arbit-  
trari quomodo discimus? vid. diff., inaug. Consult. Dn. D.  
KEDIN-

KEDINGII, jam Senatoris Gustrov. optime meriti, Cognati  
mibi multis nominibus estimatisim. Sentio, inter haec flu-  
mina, me versari in themate, quod non capiunt pro-  
grammatris paginæ. Subsistam igitur et duobus tantum  
utar textibus, Juris Justiniane. Alter sit l. 19. ff. de offic.  
presid. qua verba, judicem pingentia: *Et summatim ita  
jus reddat, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat.*  
Alter sit l. 3. ff. de testibus, in qua repetit Imperator, ex  
Callistrato, D. Hadriani rescriptum, qua passum concer-  
nentem, ita conceptum: *Hoc solum tibi rescribere possum  
summatim --- ex sententia animi tui te estimare oportere,  
quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris.* Satis  
jam constat, quinam sint die Wisigsten. Coercendum  
autem erit ingenium, ne pariat catulos coecos, monstra  
et abortus. Cogitetur de idololatria, de qua S. Aposto-  
lus: *Sie sind in ihrem Tichten, eitel geworden.* Crepan-  
tut *Erfindungen, neue Wahrheiten*, quæ tamen soepe,  
ultra infantiam, non vivunt. Pictoribus atque Poëtis,  
qui inde *Tichter*, in vernacula appellantur, quodlibet au-  
dendi semper fuit æqua potestas; Salvo risu, spectatum  
admissorum, quoties humano capiti cervicem jungunt  
equinam vel pingunt, desinentem in pisces, mulierem  
superne formosam. De Historicorum ingeniosorum  
vitiis multa venirent differenda. *Vid. LUDWIGII diss.  
J. r. Historia sine parente.* GLADOV aliisque de erroribus  
Historicorum. Scite GVNDLING, im Discours, über die  
Reichs-Historie, ex Noodtii probabilibus juris: *Man muß  
nicht gleich denken, wenn etwas so geschehen können, so sei-  
es auch eben so geschehen.* Quomodo ingenium in ety-  
mologicis ludat, probant exempla virorum, quorum  
agri sunt verbalium fertilissimi. Haberem, quæ dis-  
serem, sed inservio paginæ. Nulla sententia tam ab-  
surdæ

surda, quæ non haberet suos defensores. Unde, quæso,  
hoc? ex luxuriantibus ingenis. Quid videtur, de asser-  
tione: Es läst sich wol defendiren, aber ich bin doch nicht  
der Meynung. Ohe! sane ingenium alit multos erudi-  
tos: Finem non tandem aliquando fieri controversia-  
rum, sed indies augeri easdem, est ex foetibus ingenio-  
rum. Proh! illustrem animæ facultatem tam male im-  
pendi. Inventions soepe vocantur, quæ non sunt ex  
regula. Excolantur et in bonum finem vertantur. Le-  
gantur alii, sat multi, nec prætervideatur STELLWA-  
GEN labor, de arte resolvendi ænigmata. Cogitetur,  
de veterum imposturis oneirocriticis, absque tamen  
exclusione sanioris doctrinæ. Oraculorum veterum,  
quorum exemplum, in patria nostra, præbuit deaſter  
Rađegast, diribitores ex ingenio vixerunt, falvo præsi-  
dio. Animus erat, de illuſtri nova illa disciplina, quam  
vocant Äſtheticam, diſſerere, ſed ſufficiat ejus commen-  
datio. Legantur, ad excitandum appetitum, *Celeb. Dn.*  
*MEIERI Anfangs-Gründe, aller ſchönen Wiffenſchafften,*  
*Einl. p.t.* Nimis me diſtraheret tractatio, ſi de inge-  
niis gentium cogitare voluifsem. Videantur, qui ad-  
versus obrectatores Gallos, pro Germanis et in genere,  
pro gentibus borealibus, ſcripſere, inter quos, præter *Ex-*  
*cell. Dn. RICHEY* maxime commendabilis eſt, *S. Rev.*  
*Dn. HANE, Theol. Kilon. inclitus, Cognatus mibi maximo-*  
*pere colendus.* Fuere, medias inter nationes, ſibi et aliis  
excellere viſas, ſemper districtuum, vel urbium incolæ,  
qui vicinis, ab ingenii, vel defectibus, vel lepida ver-  
fione et Eulenspiegelianismis, fuere vexabiles. Videan-  
tur, in Historia Romana, Cumani. Noſtrates lex ficto  
illo *Wizzenburg*, ſolent multa referre ridicula. Divina  
eſt directio, quod non omnia et eadem ferant omnia

b

inge-

ingenia. Quo majori quis pollet, eo cautius procedat. Multis ingenium paravit viam ad interitum, illis nempe, qui dotes animorum soepe impenderunt in infidiosa adversus Deum et proximum. Respubl. litteraria scatet ejusmodi viperis, quorum finis, ex notissimo decreto divino, soepe fuit funis.

Hæc autem non sunt potiora hujus programmatiſ, sed laudabile vitæ curriculum, nostri Domini Candidati. Ipſe illud mihi exhibuit. Addo, qua venerabilem Dominum Patrem, quod sit Vir, de orbe litterato et de Studioſa juventute longe meritissimus, Fautor mihi et amicus, diu et ſemper colendus atque ſaviffimus. Addo, quod mater optima fit, mihi in cineribus venerabilis, per annos Praeceptoris, B. M. Durfeldii, filia. Addo, quod Dn. Candidatus in hac et Jenensi Academia vixerit quam laudatissime. Evolvantur catalogi Auditorum et invenies eundem; Volvantur protocolla judicialia et nullib[us] ejus occurret nomen. Solida quæſitiv, averſatus fuit ſemper, quæ excellentes faciunt viperas. Consumſit dies continuos in ſtudiis, nec unquam laboravit illa febri tertiana, qua nonnulli valde impediuntur. Scribo, de illis, quorum diligentia hodie, non heri, ſed nudius tertius, non cras, ſed perendie probatur, quicquid ſemper diem intercalarem, qui non auger, ſed turbat ſtudia quemque, ut in ſimili continuem, appellare toleo den ſchlimmen Tag vivunt. Habebit, ad regulas de die in diem vivens Dominus Candidatus, præmia Studiorum bene promerita. Sed promifi biographiam; En!

Ego





Ego, DAVID CHRISTIAN RICHTER,  
primam hujus lucis usuram hausi, in vicina huic Mu-  
farum emporio, urbe, Gustrovia, incluta, ex sede Du-  
cali, & per DEi gratiam etiamnum florente, tum a  
Perillustri Dicafterio Mecklenburgico aliisque, Urbem,  
in Sacris & civilibus egregiam facientibus. Accedit ce-  
lebre Ducale Gymnasium. Hæc mihi nascendi conditio  
obtigit d. 17. Oct. 1725. Honoratissimo Dn. Parente  
adhus, & qvæ Dei erit gratia, ad feros annos gaudeo,  
M. DAVIDE RICHTER, Rectore Ducal. Gymn. per 27.  
annos, quæ DEi est clementia, meritissimo, Filio, ho-  
nestissimi & nominatisimi Civis Gustroviensis. Matrem  
veneror dilectissimam, CHRISTIANAM ELISABE-  
TAM DURFELDIAM, filiam, natu tertiam, b. M.  
JAC. DURFELDII, ConRectoris, de hoc eodem Gym-  
nasio per annos quamplurimos immortalizer meriti,  
qui Patrem habuit illum, Celeberrimi nominis Virum,  
M. JAC. DURFELDIUM, Osnabrugensis Scholæ pa-  
triaæ Rectorem, variis scriptis Philosophicis, Polemicis,  
Exegeticis, tantam famæ gloriam consecutum, ut Ma-  
gnum Sveciæ Cancellarium, Oxenstirnum, moverit,  
qui eundem, Academiæ Upsaliensi Professorem Theo-  
lopiæ destinaret. Vid. Disp. *Aepino Rolliana, de Meritis*  
*Westphalarum in Acad. Rost. p. 23.* Prima Infantiæ meæ  
haec fuit præcipua felicitas, quod domestica probitatis  
omnisque virtutis me aluerint exempla. Parentem  
namqve charissimum nunquam, aut certe perraro  
Vidi otiosum, sed Scholæ fere semp̄ affixum, aut si  
otiosus solusque videbatur, meditationi aut scriptiōni o-  
peram dantem. Lectissima autem mater nonsolum

b. 2

cor-

corpus defendebat meum , sed animum quoque meum  
ad instar Evnices , cum veneranda mea Loide , sacra-  
rum litterarum precumque præsidio muniebat . Per-  
etis Infantæ annis , Scholæ statim publicæ puer tradit-  
us fui , cuius singulas classes ita frequentavi , ut nul-  
lam neque transfilire , neque fastidire sustinuerim . De-  
bitæ autem pietatis & obedientiæ laudem honoratissimis  
Dnn . Præceptoribus , quorum plerique ad meliorem  
Scholam sunt evecti , ita probavi , ut nunquam illorum  
sciens læserim fidem . Postquam ergo pietatis & lati-  
nitatis elementa imbibera , ex Clariss . Dn . ADOLPHI  
HENR . HAHNII , *Musices Directoris peritissimi* , Institu-  
tionibus , Grammatices & compositionis regulas hausi ,  
quas vero ex præceptis CRIVITZIANIS , ita egregie  
amplificatas & corroboratas prædico , ut Græcam Lin-  
guam & Poëticen quoque non sine voluptate degusta-  
rim . Ad primam vero & supremam classem delatus  
sum d . 5 . Octobr . 1742 . in qua Clar . atque Doctiss . Dn .  
Con-Rector SANDOVIVS tanta alacritate me docuit  
poetica & Græca , una cum Hebraicis , atque Cellarii  
Hist . Univers . ut eximie de meis literis meritus fuerit .  
Ex Dn . Parente autem hausi atque accepi prima salutari-  
ris Doctrinæ , Philosophiaæ atque Oratoriaæ principia ;  
ejusque exercitia frequentiora , tum per Recitationes ,  
tum per Disputationes , firmanda . Neque styli for-  
mandi ullam temere prætermisi occasionem , quare et-  
iam cum Cicerone conjungebantur , meque exercebant  
*Conciones illæ Civiles* , ex Livio , Tacito , aliis , olim col-  
lectæ . Haud enim me impluimus ad Academias pro-  
trudere voluit . Tandem cum mei esset judicii , utrum  
sacræ de DEo rebusque divinis disciplinæ , an Jurispru-  
dentiaæ consecraturus essem operam meam , Anno de-  
mum

num 1746. mense Aprili, hanc Varniacam ingressus  
fui, nomen meum apud beatum nunc Dn. MATTHI-  
AM BFNONI HERINGIUM, JCtum celeberrimum,  
tum temporis Magnificum Academiæ Rectorem, in-  
ter Studiosos cives professus. Traditus autem eram do-  
mesticæ institutioni atque convictui Excell. Dn. BERN-  
HARD. HENR. RÖENBERGII, tum Prof. Eloq. Celeb.  
quia eundem, Dn. Parentis olim discipulum atque do-  
mesticum singulari quadam amoris fiducia complexus  
fueram. Ab hoc etiam didici, præter cætera, Logicam a-  
liquoties. Sed vero minus opportunitas fuit diuturna,  
quia Rostochium relinquebat, ad Recturam Scholæ  
Wismariensis evocatus, quam hodie quoque promerita  
insignis S. S. Theol. Doctoris dignitate. mirifice ornat.  
Prius autem quam abiret, hoc sui erga me meumque  
Dn. Parentem amoris cultusque documentum exstare  
voluit, ut ill. Dn. ERNEST. BALTH. FRESEN, J. V.  
Doctorem, & bodie Ser. DUCI nostro Regnanti a consiliis  
Fiscalibus, in Justitiae Judicio, mihi conciliarit, ut hospi-  
tem & Gamalielum. Restitutum itaque cum senti-  
rem rei meæ bene gerendæ tempus, hujus fidei atque  
doctrinæ me fere totum ita tradidi, ut, post repetitas  
Ejusdem, in Institutions, Praelectiones, utiliter quo  
que Ejusd. Lectionibus Pandectaribus interesse valuerim,  
quas pariter repetitas, cum per privata Examina atque  
Disputationes sedulo gessissim, tum eundem præeuntem  
secutus fui, cum, in privatis Scholis, Jus Germ. atque Ca-  
nonicum explicaret. Ut vero addiscerem, quanti, ex  
perceptis hactenus Legibus sperari capique fructus de-  
beant possintque, hinc Collegium nobis commendabat Pra-  
dicum, postquam eidem præmisserat alterum in Boh-  
meri Tractat. de Actionibus, alterum in ill. Dn. Eni

gavii *Jus Criminale*. Philosophia autem studium tan-  
tum abest, ut per hoc triennium abjecsem omne, ut  
animum meum salubriter potius oblectaverint, præ-  
stantissimæ illæ prælectiones, in *Pufendorffii* scitissimum  
librum, de Statibus Europæ, quas tum instituerat in-  
signis JCtus, Dn. D. JO. PETR. SCHMIDT, tunc Profes-  
sor in hac Academ. celeberrimus, hodie vero SEREN. PA-  
TRIÆ PATRI Regim. Consil. perillustris meritorum-  
que gloria maxime conspicuus. Elapso itaque hoc trien-  
nio, ex Dn. Parentis consilio, Salanas Musas, Ipsi quondam  
admodum proficuas & perquam propitiis, salutare,  
atque ex iisdem plenior meliorque fieri debui, tum ut  
Jenensium Cratipporum docendi descendique rationes  
cum meis prioribus conferrem, tum ut singula con-  
firmarem atque reliquas scientias Juriumque species  
iisdem adjicerem. Ex animi etiam sententia hoc  
successit. Celeb. enim & Excell. Dn. HELFELD do-  
cuit me *Jus Feudale*, atque altero semestri *Jus Germani-  
æ publicum*, una cum *Hist. Imperii Germanici*. Cum  
Ill. Antecessor atque Consil. ENGAU *Jus Germani-  
cum* atque *Canonicum* prælegeret, iisdem & repetendis  
& auscultandis dedi operam, quam Ill. quoque Dn. D.  
DARIES Consil. Saxonico, Sympatriotæ meo æstumatissimo, in  
tradenda *Juris prudentia Universali*, præstii atque pro-  
bavi. Juris Civilis scientiam propositam accepi a do-  
ctissimo ac Celeb. Dn. Doct. GNÜGIO, in Collegiis  
ejus Pandectalibus. Habes hic B. L. rationes mearum  
Institutionum Academicarum, quibus ex coelesti gra-  
tia & Dn. Parentis liberalitate per quadriennium va-  
care valui. Quia autem ex Sapientissima SEREN.  
DUCVM MECKLENB. constitutione satis provide cau-  
tum est, ne quis, sine speciali & extraordinaria clemen-  
tia

tia , aut superato examine & specimine Academico , personam Causarum Patroni , in summis præcipue Judiciis , gerere audeat , hinc ad Illustrem hujus Almæ me contuli Facultatem Juridicam & post exantlatum examen , die 15. Januarii , hujus anni , accepi licentiam , disputandi inauguraliter ambiendique summos in jure honores . Sit nomen Domini benedictum . præsentia curans DEo committam futura .

Hæc ille .

Testes sumus , quod in examine se tales præstiterit , qualem nostra statuta requirunt . Invito , observantissime atque humanissime , Magnificum Dn . Pro-Rectorum , Perillustres atque inlytos , Aulæ , Regiminis et aliorum Collegitorum Ducalium Proceres , Academiæ atque Urbis Venerabiles Senatus , Omnim Facultatum Dominos Doctores , Licentiatos , Rev . Ministerium atque Magistros , Una cum florentissimis Dominis Studioisis aliquis , qui interdum actibus Academicis solent interesse , velint gratiosissime , benevole atque amice accedere Auditorium , audituri examen , quod publice sustinebit meus Dominus Candidatus . Ille et ego omnibus et singulis nos ad quævis observantiae et officiorum documenta obstringimus .

---

DAB . SVB SIGILLO FACVLTATIS ,  
ANNO MDCCLII , DIE XXI . MARTII







Rostock, Diss., 1751-54

ULB Halle  
004 087 607



3


f

5b.





# Farbkarte #13



11  
1752,7.

PROGRAMMA,  
SUO ET COLLEGII JURIDICI NOMINE,  
AD  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM,  
VIRI PRÆNOMINIS ATQUE DOCTISSIMI,  
DOMINI  
**DAVIDIS CHRISTIANI  
RICHTER,**  
GÜSTROVIENSIS,  
JURIS UTRIUSQUE CANDIDATI DIGNISSIMI,  
EXHIBENTEM,  
NONNULLA PRIMA,  
JURIS UNIVERSALIS ET GERMANICI;  
DE  
**CONCURSU CREDITORUM,**  
PRO OBTINENDIS SUMMIS,  
UTROQUE JURE HONORIBUS ATQUE PRIVILEGIIS,  
D. 23. MARTII ANNI MDCCCLII.  
IN AUDITORIO MAIORI,  
B. C. D. HABENDAM,  
O. O. O. PROCERES, CIVES ACADEMICOS,  
ET LITTERARUM FAUTORES,  
OBSERVANTER ATQUE HUMANITER INVITAT,  
DEQUE  
CISO MAGDEBURGENSIUM VETERUM SCABINORVM,  
wer  
die Wizigsten sind und heissen,  
PAUCIS DISSESTIT  
**ERN. JO. FRID. Manze**  
SEREN. DUC. REGN. CONSIL.  
ET  
PROF. FACULT. JURID. H. DECANUS.  
ROSTOCHII, LITTERIS ADLERIANIS.

